

L.

Prima Propositio re vera asseritur a P. Molina, verum aut censores  
senum illius non intellexerunt, aut errorum Pelagi, cuius ipsum ini-  
mulcent, aut mentem Hieronymi in epistola ad Ctesiphontem contra  
quam hanc sententiam diuine esse yerpectam non habuerunt. Prime,  
nam P. Molina non negat, immo multis in locis affirms necessarium esse  
auxilium gratiae preuenientis, excitantis, et operantis, quod solum consti-  
tuit in sancta cogitatione, et motu non deliberato voluntatis, sed preter  
hoc duo negat, nescio quam applicationem cause ad operandum, que  
prior sit ordine naturae ipso concursum voluntatis, et concursu Dei, quo pro-  
xime cum voluntate ad consensum concurrit, et que a recentioribus sine fun-  
damento constituitur, non solum ad actus, qui ex gratia procedunt, sed  
etiam ad omnes naturales effectus, cum tamen Patres, qui contra Pelagium  
disputant nihil dicant de effectibus naturalibus, nec demonstrant, que Deus  
cum causa secunda ad eos concurrit, cum de hoc nihil unquam docuerit  
Pelagius. Porro nihil de hac re docuisse Pelagium constat ex capitibus  
omnibus sui erroris, que recenset Augustinus epistola. 106. et ille in Concilio  
Palestino retractauit: et ita nihil de hac re in Augustino inuenies, nec censore  
res prope aliquem illius locum allegant, cum tamen nihil docuerit Pelagius,  
et semipelagiani, quod ab ipso non fuerit in uno, aut alio loco impugnatum.

Secundo, quod censores contendunt gratiam adiuuante aliquid influisse  
in liberum arbitrium priusquam in ipsum actum simul cum arbitrio, ex  
nullo Patre probare possunt: nec de hoc ulla controversia unquam fuit, quinimo  
recentiores, qui illam applicationem voluntatis constituant, necessariam ex parte  
arbitrij yper uocationem, non diuant eam ad gratiam adiuuandam, sed ad  
preuenientem pertinere.

3. Testimonium Hieronymi yeroram pro hac sententia a censore allegatur,  
nam siqua verba allegari possent erent illa, que sunt numero 22. ad in-  
 agr. referens enim sententiam Pelagianum, inquit, ita enim Dei gratiam  
ponunt, ut non per singula opera eius ritamur, et regamur auxilio, sed  
ad liberum referatur arbitrium, et ad yeracotta legi. Quibus verbis reficit  
hunc Hieronim Pelagi, quam eodem modo retulit Augustinus epistola. 105. non longe  
a media nimis, quod putaret nullam esse aliam gratiam necessariam propter  
facultatem ipsam arbitrij, et legem, quam ipse Hieronymus, et Augustinus impug-  
nant ex necessitate orationis, cum autem contendunt hi Patres propter hec duo  
necessariam esse gratiam, quam inquit Augustinus ibidem commendari ab Apro:  
tolo nullis verbis indicant, se tale auxilium primae cause cum nostro arbitrio  
postulare, ut prius in arbitrium ipsum, influat applicationem illam, quam  
in actum, sed ut prius per cogitationem fidei moveat, nec ullum reddim



222

in his, aut alijs Patribus attendent censores, quod cum modum applicationis  
nouiter confitum leviter insinuat; et quod caput est, disputans Augustinus  
in ea epistola contra Pelagium, quod solam gratiam creationis, seu liberi  
arbitrii, et precepti consideret, postquam probavit necessitatem esse aliam  
gratiam propter hec deo, quam rimicrum commendat Apostolus, et ad quam  
percipiendam nulla merita procedunt, et quam ipse gratiam iustificationis  
uocat, quod ab ea exodium iustificationis inagiat, subiungit huc verba.  
Restat igitur, ne ipsam fidem, unde omnis iustitia sumit initium (quod uero quod  
diuit ad Ecclesiam in canto cantic. venies et uertraries ab initio fidei) restat  
inquam ut ipsam fidem non humano, quo isti excoluntur, tribuamus arbitrio,  
nec ullis precedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quecumque sunt merita  
sed gratitum donum dei a se faciemus signaciam ueram, id est, sine merito  
cogitamus. Nullam igitur aliam gratiam ipse contra Pelagium si concedit, nisi  
fidem, que est fundamentum omnis iustificationis propter arbitrium, et legem,  
et ita uocationem ad fidem, que fit per sanctam cogitationem sensit eorum  
operantem, seu antecedentem.

Quo fit ut quanvis P. Molina neget applicationem illam, seu premotio:  
nem nihil cum Pelagio negat, quod Augustinus, et Hieronymus concordant,  
nam ut dixi, utrum illa applicatio necessaria sit, non sicut in contiouerbio appos  
Pater cum Pelagianis, aut semipelagianis, sed nouiter in questionem incidit,  
non solum pro operibus, ad quae necessaria de gratia, sed etiam pro alijs,  
ex quo etiam colligitur, nihil ad contiouerbi de gratia necessitate per  
tinere, hoc aut illo modo in hac re philosophari.

4. quod P. Molina impugnet dictam applicationem, seu  
premotionem, quia ex ea collitur arbitrij libertas, non prouinde censores pen  
sare deberent ipsum cum Pelagio sensisse quod ille etiam ad collendum oem  
gratiam propter arbitrium, et legem eo argumento de questione libertatis  
queretur, nam male diversa ratione argumentabatur Pelagius, ut est apud  
Hieronymum in predicta epistola num<sup>o</sup>. 24. et apud Augustinum multo  
in lais his verbis. Si nihil ago ab opere dei auxilio, et uero singula opera, cuius  
est omne quod fecero, ergo non ego qui labore, sed dei in me coronabitur auxilium.  
justusq[ue] dedit arbitrij potestatem, quam implere non possunt, nisi ipse me  
semper adiuverit, desistunt enim voluntas, que alterius opere indiget; sed liberum  
dedit arbitrium deus, quod alterius liberum non erit, nisi fecero quod volueram, ac  
propter hoc ait, uero semel potestate, que mihi data est, ut liberum servotur  
arbitrium, aut si alterius opere indigo liberum arbitrium in me destruetur. Hoc  
nu[m]ero ratio Pelagi agit Hieronymum, qui ut patet dicitur est collere arbitrij li  
bertatem, qui generabant semel concessa libertate propter creationem non posse

hominem adhuc servare legem, vel aliud bonum facere, nisi per singula ad eos  
 interioris adiuventur, nam si adhuc voluntas indiget aliquo interiori auxilio infere-  
 bat Pelagius ipsam ex se liberum non esse, que sine illo nous auxilio, qualius  
 illud sit nihil boni posset. Putabat igitur tolli libertatem, et facultatem a proprio,  
 quia posse non subsaret potestati voluntatis. Num etiam inferebat pro ut  
 non coronaretur propria bona opera liberum arbitrium, sed auxilium idem Dei;  
 eo quod liberum arbitrium sine illo auxilio non posset, cum illo autem posset,  
 quasi totum auxilio debetur. At P. Molina non hoc modo, sed alio longe di-  
 uero argumentatur, sepe enim facetus necessitatem gratiae preuenientis  
 et comitantis, sine qua non posset homo nulla facere, cum tamen Pelagius  
 ad nihil eam necessitatem esse putaret, et contendit talon mouere esse hanc gratiam  
 preuenientem, ut semel concessa relinguat hominom liberum, et indifferentem  
 ad conseruandum, et repugnandum, atque hoc modo eam postulat Concilium  
 Tridentinum sess. 6. cap. 5. nam postquam dixit exordium iustificationis sumi  
 gratia preueniente, et explicavit hanc gratiam esse uocationem. Non dixit  
 applicationem, quam recentiores communisunt subdit, ita ut tangente Deo  
 et homini per spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat  
 inspirationem illam recipiere. Hoc est ei conseruans quippe qui illam, et abijare  
 posset, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera  
 sua voluntate posset. ubi primum contra Pelagium concedit necessitatem  
 gratiae, sine qua libera voluntas se mouere ad iustitiam negqueat, et cum hac  
 necessitate gratiae concedit libertatem arbitrij, quem eo ipso quod gratia dicatur  
 necessaria, tolli putabat Pelagius. Deinde contra hereticos nostri temporis  
 docet talen esse gratiam concedandam arbitrio tamquam necessitatem, et sine  
 qua non posset, ut ea concessa, adhuc indifferentem maneat, nempe ut ei consentiat,  
 ut eam abijat dissentiendo. P. autem Molina, et aduersarij eius primum  
 etiam contra Pelagium in eo conueniunt, ut poscent non tolli arbitrij libertatem  
 eo ipso, quod dicitur illud indigere gratia, sine qua non posset. Deinde coru  
 controvergia in alio consistit, de quo etiam locutum fuit Concilium Tridentinum  
 et in eo P. Molina sententiam Concilij Tridentini, plane sequitur, ad  
 uerarij vero ei manifeste contradicunt, nempe quales debent esse hec  
 gratia preuenientis, sine qua non potest arbitrium consentire, et ad iusti  
 ciam moueri, et quo puto grauerata debet arbitrium ad conseruandum,  
 utrum ita ut ea posita arbitrium non posset non consentire, et ad iustitiam  
 moueri, an vero ita ut possit ei dissentire, et eam abijere, in qua questione  
 aduersarij P. Molina dicunt tali gratiae preuenienti arbitrium non posse  
 non consentire, et ita ea posita (ut ipsi aiunt) inservi comperto non  
 manere liberam voluntatem, eos vero qui contra ipsos argumentantur  
 ex lectione libertatis sentire cum Pelagio, qui ut gratiam negaret infabat  
 tolli arbitrij libertatem, et cum eis censorum sentient, quod quidem



manifeste aduersatur verbis Conalij, at P. Molina narracionem dicit quidam esse gratiam praevenientem, ita ut sine illa nequeat homo ad iustitiam moueri, ex hac autem necessitate libertatem non tolli sicut inferbat Pelagius, neum hanc gratiam ~~ita~~ <sup>et</sup> preceodit ~~hac~~ <sup>et</sup> preparare voluntatem, ut adhuc capta voluntas libera maneat ad consentiendum, et non consentiendum: si autem libera non maneret, ex predictam gratiam, non posset alijs, eis direntur, fore ut tolleretur arbitrij libertas, et liberetur, hoc autem non infert, sicut inferbat Pelagius contra Catholicos, ex eo quod gratia sit necessaria, sine qua arbitrium non poscit, sed sine quibus Catholicus cum Conilio Tridentino contra hereticos huius temporis, inferre debet, ex eo quod posita gratia praeveniente, non possit dissentire, et consentire, quod qui de diversum principium est, ab eo, ex quo Pelagius argumentabatur contra gratiam necessitatem. Videntur igitur censores in predicta propositione tumultuario procedisse, et argumentum Pelagi contra Catholicos de lesione libertatis ex gratia necessitate, non expendisse, ut videre luce meridiana clarius poscent longe diversum esse ab argumento P. Molina, atq; diverso omnino niti fundamento, et ita erroris Pelagiani ipsum non insimularent, quod argumentum de lesione libertatis contra recentiores, qui circa gratiam praevenientem preparationem cum hereticis nostri temporis manifeste errant, viseretur. Nam fundatum Pelagi, ex quo ipse inferbat tolli libertatem, erat necessitas gratiae, que a Catholicis asserabatur, fundamentum vero P. Molina aliud est, nempe id quod recentiores aveant, talam debere esse hanc gratiam praevenientem, quem Catholicis faciemur contra Pelagium esse necessariam, ut nostrum arbitrium a se requeat.

Post hanc propositionem primam, placuit alias, in quibus agitur de necessitate auctiliis, gratiae excusare, que inagiunt a 15. in ordine.

15. Deinceps quinta proposicio asserit a P. Molina, per quam tamen auctilibus notatur, quod in ea cum Pelagio conueniat. Nam Pelagius, ut colligitur ex locis Augustini, quos censores allegant, non concessit gratiam pecuniam praevenientem interne inspirationis, que moueret, et ex ea opera operis, sed praten liberum arbitrium, et preceptum, que duo dicbat esse dona gratiae, concedebat aliam gratiam, doctrine, seu externe propagationis solum, que non moueret, sed tantum ostenderet, quid faciendum esset, et haec est quam docet Augustinus locis allegatis auctoribus, concessisse Pelagium, quemq; ipsius Augustinus putat non satis esse, ut gratiam quam contendit Ecclesia defendamus. Porro illa tria, nempe arbitrium, legem, et doctrinam, Pelagium concordasse pro gratia, constat etiam ex 7. cap. coram ipso, exhibet que ei obiecta fuerunt,

in Concilio Palestino, que etiam refutat Augustinus epistola 1. ad. post medium, quod nichil habet. ex gratiam Dei, acq. adiuvarum non ad singulos alios dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege, atq. doctrina, locis igitur allegatis acommodibus refutat Augustinus, quo pater propter fratrem liberi arbitrii, et legis concenserit, Pelagius gratiam doctrinae nomine exterioris, per quam mons etiam illustratur, et hanc appellavit adiuvarum, non tamen concenserit gratiam interioris inspirationis, que inducat ad consensum, et opus.

Et quis dicat P. Molinam propter arbitrium, legem, seu preceptum, et doctri-  
nam non concenserit gratiam interioris inspirationis, et uocationis, que intrinsecam  
moveat voluntatem, cum in eadem disp. et loco circa gratias praevenerint, ut siat  
comitans conadat influxum peculiarem in voluntatis operem, longe igitur  
abest ab errore Pelagi. Porro quod recentiores theologi, et cum eis censoras  
pro gratia praevenerente, contra Pelagium populare videntur applicacionem  
iustam physicanam ad operandum propter uocationem nullo testimonio, ut supra  
dixi, comprobare posseunt, Mirum autem non est, si P. Molina dicat  
necessariam esse gratiam ad eucandum alios adesse supernaturale; hoc enim  
non intelligit, ita ut alios iam diciti viribus salvi nature per gratiam eue-  
nantur, sed ut voluntas per gratiam robosata alios illorum ad esse supernatu-  
rale elevatos dicat.



16. Decima sexta propositio sinistre aconsentibus insimulatur, quod in ea sen-  
tire videatur, P. Molina se non prouiam, sed comitem tantum concedere gra-  
tiam adiuuantem, in quo gratiam Christi non parum obcurat, de qua dispu-  
cat Augustinus, et quem Apostolus predicit, in nobis operari velle, Et  
perficere pro bona voluntate, et ita cum Maribezib[us] sentiat, de quibus  
Proper, in epistola ad Augustinum haec verba scribit. Nec considerant  
se gratiam Dei, quem comitem, non prouiam humanorum voluntate merito;  
quam triam illis voluntatibus, subdere, quae ab ea secundum suamphantiam  
non negat esse praeventos. Hec igitur propositio sinistre aconsentibus notatur,  
nemo enim habet nos gratiam adiuuantem, ut adiuuans est, prouiam nostro  
consensi esse docuit, siquidem ea, que dicitur adiuuans, eadem ratione huius  
cooperans, et comitans, quis autem dicit comitantem gratiam debere esse prouiam  
quatenus adiuuans est, similiiter si cooperans est, et nobis um cooperatur  
non potest haec ratione notio consensi esse prior, sed nobisum simul coope-  
rari. Omnis vero alijs que de gratia comitante, et adiuuante adduci  
i. q. disp. 33. sufficient nobis pauca quibus ostendimus, gratiam adiuuantem  
esse comitem, non prouiam, quatenus adiuuans est. Consilium Tridentinum  
impuniti 1<sup>a</sup> b. c. 16. docet gratiam Dei antecedere, comitari, et subseque-  
tiolum opera. Bernardus opere. de gratia et libero arbitrii non longa

184

RER  
apne docet nostru consensu nos esse coadiutores, et cooperantes spiritu s.  
et subdit ipsa (nam grata) liberum exitat arbitrium cum seminat cogi-  
tatum, servat cum immutat effectum, laborat ut producat ad actum, servat  
ne sentiat defactum, sic autem ista via operatur cum arbitrio, ut illud in  
primo preueniat, in ceteris corrigitur, ad hoc utique preuenienter, ut iam  
libi deinceps cooperetur. Et Augustinus lib. de gratia, et lib. arbitri. c. 17.  
ut velimus sine nobis operari, cum autem volumus, et sic volumus, ut  
fallamus, nobisum cooperetur. Cooperari vero cum reliquo non denotat  
quid preuum sed comitans, et simul cum eo. Quinimo ex dictis sequitur,  
censores merito notari debere, quod reprehendentes modum querendi P. Molina,  
aperte negant ullam eorum gratiam comitantem, aut comitem, nostri arbitrii, contra  
Concilium Tridentinum, Bernardum, et Augustinum qui sicut sentunt gratiam  
preuenire nostrum arbitrium, ita docent comitem esse, namque diversa ratione,  
sicut etiam docet Concilium gratiam aliqua ratione subsequi, de qua gratia  
subsequente plura nos diximus i. q. in ea dis. 88. cap. 10. Censores vero  
cum dicant gratiam adiuventem preuiam esse consensu nostro nullam comi-  
tantem admettere, ac proinde cum hereticis nostri temporis omnem liberam  
cooperationem prostram, que simul cum gratia cooperante esse debet, ut  
libera sit, de medio tollere videatur. Contra vero P. Molina inprobabile  
loco rebus ostendit, sicut Bernardus, gratiam, quatenus existat, seminando  
cogitatum preuenire nostrum consensum, immutando autem effectum,  
namque eliciendo a nobis consensum nos comitari. Quo igitur pasto hac doctri-  
-na P. Molina de gratia comitante, cum Mariliensibus aliquid communis habere  
potest; nisi etiam censores velint Bernardum, qui in doctrina Augustini  
de gratia apprime instanter erat, et quod maius est Concilium etiam  
Tridentinum cum Mariliensibus sensisse. Vnum aduentant, specie, ex  
rem Mariliengum de comite gratia, aut subsequente nos, in eo fuisse, non  
quod aliqua esse gratia comitans, et simul cum consensu nostro et aliqua  
subsequens, vel eadem sub diverso effectu ita vocatur, sic enim etiam a  
Concilio, et Patribus vocatur, sed quod omnis gratia etiam agmina uacat  
subiungentur arbitrio, hoc est. nos sine gratia iniungamus per aliqua bona  
opera, et intuitu illorum prima uocatio gratiae nobis tribueretur; ut fide  
ex Prospero, Augustino, et Macentio ostendi. q. dis. 89. cap. 4. et s.  
ubi etiam ostendi aliquot ex Mariliensibus dixerit non semper nos  
nostri bonis operibus procedere Dei uocationem, que pertinet ad gratiam  
preuenientem, sed aliquando. aliquot vero sensisse, semper ita fieri,  
omnes tamen in eo conueneribant, ut dicerent propter initia, et opera  
nostra primam uocationem, aut semper, aut aliquando nobis donari;  
que

que licet hac opera subsequeretur, nihilominus ad alia opera praeceps  
eam preuenire non concedebant, quamvis simpliciter non preueniret.  
Nullusq; hystorius euvem Masiliniensem in eo esse sentit, ut dicarent, quoniam  
adiuuantem non esse preuiam, sed comitem nobis conuenientem.

Verba autem Propperi, que censores citant, nihil censuræ ipsorum fauent,  
solum enim significat Masilienses, qui putabant quicunque ante eum liberis arbitriis  
damnatos fuissent, aut salvatos intuitu meritorum malorum, aut bonorum, que  
fuerint, si dixissent, qui etiam dicabant, nullam gratiam præuiam esse nobis  
voluntatibus, sed eas comitari, etiam gratiam illam quicunque voluntatibus aliquo  
modo eos subiungere, et posteriorē esse affirmare, nemp; quod propter pri-  
ma merita, que haberent; si vivuerent gratiam baptismi conseq̄uerentur, et ita  
quamvis dicarent eorum voluntates gratia Dei preueniri. antequam re ipsa  
vellent, nihilominus etiam dicabant gratiam illam subsequi, ex subiungi quodam  
modo eorum voluntatibus, nemp; quas habuissent, si vivuerent. Sic autem  
sensus colligitur ex verbis, que proxime subiungit Propper. in hunc modum.  
sed in tantum, quibusq; commentitij meritis electionem Dei subiungunt, ut  
quia præterita non extant, futura non sint, futura configant. Neg' vero  
Masilienser ita comitem concedebant gratiam vocationis; ut simul omnino cum  
libero arbitrio esset in nobis, cum plane avenerent intuitu bonorum operum  
arbitrij nobis eam conferri, sed vel liberum arbitrium nullo modo præcederet;  
qua sententia longe absit P. Molina.



l7. Decima septima propositio P. Molinæ si sincere intelligeretur nullo  
modo notari posset. Neg' enim ipse negat esse quoddam auxilium pre-  
uenient efficax, hoc est quod non tantum possit, sed etiam habiturum sit in nobis  
effectum, quodq; coniugium appellatur, et cum scientia anguentia ipsius cum  
arbitrio confertur, aliud autem solum sufficiens, cum quo voluntas possit, et  
sine quo non possit. nihilominus nihil cum eo factura sit, hoc enim sepe  
numero ipse distinguit, et ad hoc videtur philosophia illa scientie conditionari,  
qua in hac materia maxime necessaria est; neg' etiam negat auxilium pre-  
ueniens quod habiturum est effectum, talis naturæ esse, ut ea se vim habeat  
mouendi arbitrium, et cum eo concurrendi neg' possit tale auxilium habere  
hanc virtutem mendicatam libero arbitrio, sed negat esse aliquod auxilium  
preueniens talis naturæ, quod recentiores contra quos disputationat, exstima-  
runt, nemp; quod ita preueniat voluntatem, ipsamq; applicat ad conservandum.  
ex se solo illam ita determinare, ut ea sic preuenta, et applicata non  
possit non consentire, quod quidem genus auxilij vocat semper P. Molina,  
efficax esse inservi expōit. Cum autem contendit nullum esse auxilium

praeveniens, cuius efficacia non sumatur ab effectu, hoc est, quod non dicatur  
efficaciam ab effectu contendit omne praeveniens auxilium tale esse, ut ex se  
in differentem, et liberam relinguat voluntatem, ita ut importunitate illius  
sit consentire, aut refrigerari, ac proinde ex libera cooperatione illius penderet  
tanguam ex causa cooperante, ut auxilium illud efficax sit, hoc est effectum  
in voluntate habeat, cuius oppositum manifeste est contra Concilium Tridentinum  
xii<sup>o</sup>. b. cap. 5. ubi dicitur, ita moveri voluntatem, recipiendo inspirationem,  
hoc est consentiendo auxilio praevenienti efficaci de hoc enim plane loquebatur  
ut illam abjecere posset, hoc est ei direntire, et ipsam effectu frustrare. Est  
etiam contra Catholicam doctrinam: nemo enim catholice dicere potest,  
auxilium praeveniens habere in nobis effectum, sine nobis, hoc est, sine nostra  
libera cooperatione, siuequin voluntas nostra esset inanima instrumentum,  
sicut operaretur quod dominat Concilium ibidem, aut irrationaliter, et  
sine libertate operaretur, sicut brutum quod praevenienti cogitationi repugnare  
neguit, quod etiam ibidem dominatus. iam vero videamus quo pacto sen-  
tencia P. Molina iuxta mentem ipsius sincera intellecta, nihil habeat  
contra Kilianum, et Augustinum, et ita quam immerita contra illorum  
adversarios si patres allegent, et quo pacto cum doctrina Mariliensem mini-  
me convenient. Primo Kilianus in ea epistola refert errorem fuisse Marili-  
ensem, quod donum perseverantis tale esse putarent, ut illud predestinationis  
amittere possit, si q[uod] repugnare, ut in illis effectum non haberet, verba  
Kilianij de his Mariliensibus sunt. Nec cuiquam talem dari posse  
ranciam, qua non permittatur praevaricari, sed qua possit sua voluntate  
deficiere, et infirmari. Nec uideri quid aliud sit in ea epistola de Marili-  
ensibus, quod cum sententia P. Molina in hac propositione censores possint  
convenire. Hinc autem ipse colligunt talam gratiam praevenientem impedi-  
tatis concedi debere, ut eam amittere, aut ei refrigerari homines negant,  
candemq[ue] putant esse rationem auxilij efficacis, quod distinguunt auxilij  
sufficiente, nampe ita voluntatem ab eo determinari ut non posset ei  
non consentire, aut illud aliquo modo abjecere.

Verum preterquam quod haec doctrina, si intelligatur de gratia  
efficaci praeveniente, quatenus praeveniens est, crux ea, et contra ex-  
pressam Concilij Tridentini definitionem, ut. 1. q. disp. 93. fuisse  
ostendi non fuit doctrina Augustini contra Marilienses, neq[ue] ea  
scandalizati Marilienses unquam fuerunt. Nec enim ipse istum con-  
tendebat gratiam praevenientem ad perseverandum talis esse naturam,  
et ita praevenire nostram voluntatem, ut ei arbitrium refrigerari posset,  
et

et hoc modo eam amittere, hoc enim dogma catholicum est, quod a Concilio Tridentino definitum, ut vidimus, quo circa nec Augustinus, Nec Hilarius illud impugnarent, sed sicut dicebant initium iustificationis sumi ex solo libero arbitrio pro bona quedam ipsius opera intuitu quoniam prima gratia ad iustificationem donaretur, ita etiam de propter severantie dono philosophabantur (Neq; enim illud negabat) nimirum, ut illud ex bono propter liberum arbitrij penderet, et intuitu illius donaretur, aut amitteretur, nam paulo superius idem Hilarius ita refutat errorum Massiliensem circa amitterendam, aut obtinendam perseverantiam. No lunt autem in hanc perseverantiam predicari, ut non vel supplicior emereri, vel amitti contumaciter patitur, Nec ad incertum voluntatis Dei deduci se voluerit, ubi eis quantum putant ad obtinendum, vel amitterendum cvidens est, qualemque initium voluntatis. hoc igitur initium voluntatis erat, ex quo penderere putabant perseverantie donum, ut obseruamus, et emeremus illud, aut contumaciter amitteremus, et ideo offendebantur verbis Augustini, quod sine hoc initio ex sola Dei voluntate, quam incertam esse dicebant, tale donum confirri acriteret, et haec est quod ait. Nec ad incertum voluntatis Dei deduci resulant.

Contra vero Augustinus libro de dono perseverantie, in quo Propterea, et Hilario contra horum Massiliensem datum respondet, nunquam docet tale auxilium preueniens ad perseverandum alicui etiam predestinato concidi, cui ipse resistere negat, et refragari, abit hoc, sed in. i. cap. definiens perseverantiam non inquit esse auxilium solum preueniens, cui nemo resistere negeat, nec illud amittere, sed perseverantiam inquit esse, qua non in finem pergeveratur in Christo, finem autem dicit, quo vita tota finitur, sumit igitur gratiam perseverantie pro dono cum ipso effectu, et non ad caput. b. contendit contra Massilienses hanc amitti non posse, non quia preuenienti gratia nemo resistere valat, sed quia qui semel perseverauit usq; in finem vite non potest non perseverare, et id quod hoc modo habuit amittere, siquidem de eo, qui perseverauit usq; in finem, nemo iam timere posset, nec habeat malam voluntatem, qua non perseverat in finem.

Verum quia dicere quis poterat hoc modo non posse amitti perseverantiam postquam semel habita est, sed propter quem morari, ne hoc modo illam habent, et hac ratione dici posse intendum amitti in quo sensu, me quidem iudice, Massilienses loquebantur, ideo ab eodem cap. b. inquit probare perseverantiam esse donum Dei, sicut de fide probavit in libro precedentem, ac proinde non dari secundum merita solum arbitry, ut



582

Maxilienses contendebant, ex quo manifeste consequitur non posse  
etiam obtemperare propriei merita liberi arbitrij. ita post multa concludit  
in cap. decimo tertio, cuius verba sunt. Vnde satis dilucide ostenditur,  
et inchoandi, et usq; in finem perseverandi gratiam Dei, non secundum merita  
nostria dazi, sed donari secundum ipsius secretissimam, eandemque instauram,  
benignantissimam, sapientissimam voluntatem. et hoc modo in illo cap.  
disputationem contra Maxilienses de ostendenda, et amittenda persever-  
entia concludit. Hinc autem qui non videat testimonium, et institutum  
Augustini in hac parte nihil proponit contra P. Molinam pugnare, neq;  
predicatam P. Molinam proportionem cum Maxiliensibus habere aliquid  
commune; sed censores quaevis verbis Augustini, et Hilarij male intellecti  
delusor, P. Molinam eiusq; proportionem cum Maxiliensibus ignorare  
confudisse.

2° P. Molina non aduersatur testimonio Augustini libro de correxit,  
et gratia cap. 12. ibi enim Augustinus solum distinguit duplex auxilium  
Dei, alterum sine quo homo non posset per liberum arbitrium perseverare, Al-  
terum autem, quo sit, ut perseveret, quod scholastici vocant alterum suffi-  
ciens, alterum efficiens. P. enim Molina nunquam negavit hoc duplex auxilium,  
sed dixit efficiens, quo sit ut perseveremus non esse, quale perunt scolares,  
nempe, ut non idem sit vocatio, sed etiam applicatio quedam ad consensum,  
que ipsis hominis consensum, praedat, et non comittetur, in quo nec recon-  
tiones theologi nam sententiam ulli Augustini testimonio confirmare po-  
terunt, ut late ostendi. t. q. disp. 88. nec ostendere sententiam P. Molinam  
sensui Augustini aduersari.

3° alia testimonia, que aduersus predicatam proportionem P. Molinam  
censores ex Augustino allegant, ex 2. et 20. de praedestinat. sanctorum, et  
ex libro de dono perseverantie, cap. 5. 6. 7. 9. 11. 13. 14. 19. 20. 21. 22.  
ex eadem ignorantia profestabantur, nam in his locis nihil aliud concludit  
Augustinus nisi quod praedestinatus Deus dat auxilium illud, quo non  
solum possint, sed etiam velint, et faciant, et hoc ipsum quod ab uelle,  
et facere sit donum dei, et ipse Deus faciat ut uelimus, et ut faciamus  
gratia sua. Verum hoc ita adeo fieri media uocatione, ut non solum  
per cogitationem Deus exiret, sed etiam per illam commentitiam applica-  
tionem praeuerientem consensum nostrum id posset, nullo fundamento  
probare poterunt. Quinimo ratione solius altera uocationis deum uelle dic  
in nobis facere, ut uelimus, et ut faciamus testimonio ipsius Augustini in egi.  
207. et i. de praedestinat. sanctorum cap. 19. probavi. t. q. disp. 88.

cap. 7.

cap. 7. Porro altam uocationem nihil aliud esse, quam cogitationem con-  
guam, nec in Augustino minimum indicium inueniri posse, ex quo  
colligant certos quater cogitationem congram requiri etiam applica-  
tionem illam qui uenientem in ea disp. et disp. 98. notauit.

17. Decima octava propositio etiam avertitur a P. Molina, uicinumque  
argumento illo, quod ibidem refutatur, contra refectiones, qui dicebant gratiam  
Dei ita qui uenire nostri voluntates uocatione, et applicatione ad consensum,  
ut ea posita non possimus non respondere. Notatur autem a consensibus  
quod eodem utatur argumento contra refectiones theologos, quo utebantur  
Pelagiani contra doctrinam catholicam Augustini, idq; colligunt ex cap. 74.  
et 6. de corruptione, et gratia obidunt hanc rationem Pelagianorum  
ab Augustino memorati, et refelli. immixtum tamen ita ab ei notatur.  
Nam, uanius Pelagiani, ex catholicâ doctrina Augustini, quam. 2. cap.  
74. misericordia, non inferunt tolli libertatem, sed superuacaneam esse  
corruptionem, ut ita illam refellent, siue legenti constare potest;  
et hanc rationem confutat Augustinus locis citatis; P. autem Molina  
ex doctrina refectionum theologorum inferat tolli libertatem, quod idem  
ab absurdum esse videtur. Tamen non propterea sequitur P. Molinan  
doctrinam catholicam eodem argumento quo Pelagiani utebantur voluntaria  
impugnare: videamus doctrinam catholicam Augustini ex qua Pelagian  
illud inferbant, et doctrinam refectionum, quam P. Molina impugnat  
simile absurdum ex ea inferens, et luce meridiana clarius probabit. P.  
Molinam refectionum doctrinam recte impugnasse, et nihil contra  
catholicam inculisse, etiam si idem absurdum ex doctrina refectionum  
de duare voluntate, quod Pelagiani ex catholicâ inferre contendebant.  
Augustinus cap. 2. de corruptione et gratia his verbis catholicam doc-  
trinam expressit. intelligenda est enim gratia Dei per Iesum Christum  
Dominum nostrum qua sola homines liberantur amando, et sine qua nullum  
prosperus sive cogitando, sive volendo, sive amando, sive agendo faciunt  
bonum, non solum ut monstrante ipsa quid faciendum sit, sicut verum  
estiam ut praestante ipsa faciant cum dilectione, quod scilicet  
Ex hac autem prosperam Pelagiani inferbant superuacaneam esse  
corruptionem sine necessaria et gratia, qua nobis donatur ut faciamus,  
cum autem P. Molina. Se prius concedat necessitatem gratiae, per  
quam in nobis fit ut velimur, et faciamus, ex hac doctrina inferre.



non potuit tolli, aut sedis nostram libertatem, Cum vero recentiores  
Theologi gratiae necessitatem ex suo cerebro, et ab aliis ulla fundamento  
ita adstrinxerint, ut dicant nostras voluntates non solum praeveniri debere  
vocatione cogitationis rante, sed etiam nascio qua applicatione, cuius mel  
potius non sit in nostra potestate registrare, sed necessario conseruare  
debeamus; cui obsecro. Molina idem absurdum, quod Pelagiani ex  
catholicâ doctrina perferant inferebant, ex hac noua recentiorum Theolo  
gia inferre non potuit, cum ea vera ex illa manifeste sequatur, ac pro  
inde omnino absurdâ, censenda sit. Nunquid non licet nobis ex doctrina  
Calvini lib. 2. institutionum, cap. 3. vii. dixit ita a deo moueri liberum  
arbitrium, ut postea non sit electionis nostre motioni Dei, aut obtempe  
rare, aut refugari, inferre nostram libertatem, hoc modo tolli, et impediti, ne  
videamus idem absurdum inferre, quod Pelagiani contra necessitatem gratiae  
inferebant, Catholicum scire est liberum arbitrium a deo moueri, et ex hac  
doctrina illud absurdum inferre, non licet, alioquin cum Pelagianis sentire  
mus, ut ita a deo moueri, ut gratia ipsius praevenienti obtemperare, et  
register, non sit nobis liberum, sed ei non possimus non obtemperare ab  
surdum plane est, et illud absurdum de lesione libertatis nostre ex  
predicta doctrina inferre non solum licet, ut et Catholicâ Doctori, sed  
necessarium est.

19. Ex his que hactenus contra censuras predicatorum proportionam  
diximus, et inspeditis locis Augustini, que causas contra 19. propo  
tionem allegant, facile quisque videtur posse, et hanc etiam propo  
sitionem immerito notari. Nam licet lib. 4. contra Julianum cap. 8.  
et 2. lib. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 5. referat Augustinus  
Pelagianorum calumniam, quam contra ipsum discebant, quod sub  
predestinationis nomine fatalem induaret necessitatem, et ita auctor  
gratiae necessitatem voluntatis homines fatidi necessitate bonos fieri:  
et P. Molina contra recentiores Theologos, qui dicunt, ita a Deo  
fuisse alios non malos presinitos, ut ad eos concurrens voluerit  
per concursum esse efficacem, quo posito, non potest liberum arbit  
rium illorū non dicere, inferat etiam manifeste praeire arbitrij li  
bertatem; tamen ex duoco principio Pelagiani fatalem illam necesi  
tatem contra Catholicos, et P. Molina lesionem libertatis nostre contra  
recentiores Theologos inferebant. Etenim Pelagiani ex eo inferebant  
fatalem

fatalem illam necessitatem, quod catholici dicunt, gratiam <sup>et</sup> ~~hanc~~ voluntate Dei non intuitu meritorum propriorum, et operum ex solo libero arbitrio provenientiam in eternitate perficiri, et intemps donari, ita eorum argumentationem refert Augustinus lib. q. contra Julianum cap. 3. in initio sui verborum. inter qua dicit etiam illud vestrum contra Christi gratiam sepe a nobis inaniter dictum, quod scilicet appellatione gratiae bonos fieri homines fatali necessitate dicamus. <sup>05</sup> Campi dixisset, ora eorum, qui haec dicunt ob tuu ab his, qui loqui nesciunt, nempe aquibus inquisibus appareat gratia Dei sine meritis subiungit, tum enim loquacissime laboratis adstueris, et persuaderis, quod Pelagius in Palestinorum episcoporum, cognitione damnabilis, gratiam  
Dei secundum merita nostra dari est. et lange ab initio, cum propositet gratiam non dari secundum merita inquit ad iustos Pelagianos. fato ista dicit fieri, quod merito non sit, et ne secundum  
istam definitionem fato sicut hominibus, si meritis non sicut, que  
cumq; fiunt, ideo merita, vel bona, vel mala, quantum potestis  
assentis, ne fatum sit consequens, si merita negareis. et lib. 2.  
contra duas epistolulas Pelagianorum cap. illo. 5. postquam retulit  
quedam verba Pelagianorum subiungit. Coxis eorum verbis in-  
cellere, ob hoc illos, vel putare vel putari velle fatum nos esse  
sub nomine gratiae, quia gratiam Dei non secundum merita nostra  
diamus dari, sed secundum ipsius misericordissimam voluntatem est  
illud igitur consequens fatalis necessitatis non ex gratia quomodo  
cumq; sed ex gratia que sine meritis arbitrij daratur, inferebant,  
ut luce meridiana clarius ex recitatis Augustini testimonij patet.  
et hoc eodem modo faustus Regiensis, qui huius erit secte fatalem  
necessitatem inferebat, quod Deus in distributione gratiae iusta sententiam  
Augustini, non ordine regens, sed iure dominantis, et tyran-  
ni uiceretur; ita colligit lib. 2. de gratia, et libero arbitrio cap. 6.  
et lib. 1. cap. 12. hanc electionem ad gratiam sine meritis arbitrij  
ex proprio iuribus fatalem vocat.

At vero P. Molina in predicta proportione ex alio opinione infert fatalem necessitatem nempe ex sententia eorum,  
quae tam gratiam preuenientem concadunt, ut ea posita non  
possit voluntas non conseruare, nem per concursum ex efficacem



predicti Theologi intelligunt applicationem voluntatis ad consentientem distinctam avocatione, que prior sit, et precedat concursum voluntatis, ex ita ad gratiam preuenientem pertineat, est quia sententia predictum absurdum fatalis necessitatis merito infert, ut supra diximus; patet igitur nihil ex hac parte cum Pelagianis, aut semi-pelagianis P. Molinam conuincere.

20. fuit quoq; censores laborant circa 20. propositionem, ini-  
tialiter P. Molinam erroris semi-pelagianorum, aut confingentes,  
nouum errorum semi-pelagianorum, quem nullus hadecunus comme-  
morauit, aut non intelligentes propositionem P. Molinae, illi enim  
solum dixerunt predestinationis ad primam gratiam dari ex nobis  
initium aliquod, seu causam, sicut etiam putabant dari donationis  
ipius gratiae, quam homines a Deo accipiunt, namque bona quedam opera  
que virtute solum liberi arbitrij a nobis fierent, et intuitu gratiarum  
gratia prima inter tempore donatur, et in eternitate predestinaretur,  
ut late ostendi. i. q. disp. 39. et 91. at hoc solum colligi potest  
ex testimonij que censores allegant ea Prospero, Celestino,  
et alijs, in quibus predicta sententia Massiliensem damnat.  
Neq; enim in alio sensu damnatur, nisi in eo, quem expari-  
mus. P. autem Molina proterquam; quod ex professio alibi docet,  
predestinationis a primo effectu non dari causam, vel occasionem,  
vel conditionem, in predicta propositione solum doceat bonum usum  
liberi arbitrij ex gratia purae causam, seu conditionem non ut  
predestinaremur, et primus effectus predestinationis nobis donatur,  
sed ut reliqua, que includantur in predestinatione non perti-  
nerent ad communem prouidentiam, sed ad peculiarem, que dicta  
predestinatione. Nam si cum reliquis non esset bonus unus liberi ar-  
bitrij ex gratia, sicut in reprobis non est, prouidubio non essent  
bona predestinationis, sed prouidentie communis.

Et quamvis sententia fausti, et Chrysostomi, Cassiani, et aliorum  
grecorum cum sententia Augustini in materia de predestinatione  
conciliari nullo modo possit, ut i. q. disp. 91. cap. 9. monstratur,  
tamen ut ibidem etiam ostendi, cum non nulli etiam graves authorum  
id contendereint, immorito de hanc causam P. Molina accusibus notatus.  
Ita Patres conciliare varie conati sunt graves theologi, non tempore,  
quod

quod eorum controversiam non satis perspectam habent; sed id tamen notandi non sunt. Propter faustum Regiomonti in bonum sensum interpretatum Dicte th. 2. de capi. et idem. generis hum. et. c. 2. p. 4. Cassianum exusat Cuius in annotationibus et Scholastae Romanus codem modo. Tricennium quoque percuruit libro sagittaria, et libero arbitrio scriptor fuisse a fausto gestorum conuersus fuit a fulgentio in gratiam illius, sed tamen notati non sunt. Denique Sixtus senensis lib. 5. bibliotheca sancte annotatione loci sententiam Christomachum explicare contendit, et conciliare cum sententia Augustini.

13. 13. propositio codem spectare videtur quo plenius exprecedebatur, et ita codem modo a nota censorum excusari facile potest. Nam cum omnes Catholicū fateamur cum Augustino lib. de corrupt. et gratia cap. 12. duo esse genera auxiliorum, et gratię ad perseverandum, alterum sine quo quis perseverare non posset, et cum quo posset, licet re vera non perseveret, quod communiter in Schola dicitur sufficiens, alterum, cum quo non solum homo posset, sed re vera perseverat; P. Molina utrumq; ingenere multis in locis fatetur, eo modo, quo supra explicavimus. Neq; in predicta propositione ullum eorum negat, sed solum loquitur de priori, quod nulli denegatur, eo sensu, quo nulli adulto denegatur auxilium sufficiens ad salutem, ut possit salvari, licet non detur illud cum quo salvabitur. Quo circa ad donum perseverantie, nempe tale, ut cum eo quis perseueraret, recte dixit Prediclus P. Molina duo esse necessaria, alterum ex parte Dei, nempe illud auxilium, cum quo Deus novit hominem perseveraturum, alterum ex parte hominis, nempe cooperatio, qua nisi futura esset, auxilium quod conferatur, non esset donum perseverantie. Verum non dicit hoc auxilium aliqui confaci propter cooperationem eius, quam Deus novit futuram.

Adde, quod licet falsum sit Deum dare alii auxilium gratię propter bonum vnum futurum ipsius arbitrij cum gratia, que fuit sententia Alexandri Alergi, tamen hoc nihil commune habet cum sententia Massiliensem, ut fuse ostendi. i. p. diss. 9. cap. 6.

Valde tamen miror, quod censore non dubitauerint contra predictam



propositionem allegare Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 13. a. can.  
22. cum nihil aliud ibi definiatur, nisi necessarium esse peccatum  
liare gratiae auxilium ad perseverandum, quod non negat Pater  
Molina.

14. Quancum distet doctrina 14. propositionis sententia Masiliensium facile negotio, quisque videre posset, ut mirandum valde sit censor em notare, et cum sententia Masiliensem confundere vultus. fatemur autem ingenue hanc scientiam Dei, quem vocamus conditionalem. Masilienses ducisse, et defendisse, in eo enim non erat, neq; ab Augustino aut alio Patre, aut a Concilio Aranisiano 2. quod contra ipsius approbavit canones Leonis, notatus fuisse, quod talem scientiam Deo tribuerent, cum potius ipse Augustinus, et scriptura eam aperte tradat (ut notavi. i. p. disp. 67. ubi cap. 4. explicavi locum Augustini lib. de predestinatione sanctorum cap. 14. quod pro contraria sententia allegari solet) et ea maxime, valerit pro concilianda eterna predestinatione cum libertate nostra, ne alias concedere cogamus necessitatem antecedentem in humanis operibus i. t. i. p. disp. 99. fuisus monstravi. sed hos Masilienses, qui hanc scientiam Deo tribuerant, Augustinus cap. 12. 13. et. 14. illius libri, et de dono perseverantia cap. 9. et. 10. Prosper. in epis- tolis ad Augustinum, et idem Prosper in primo deuocatione gentium cap. 22. alios. 7. solum notauit, quod cum premerentur ab ipsis argumento querorum qui sine meritis liberi arbitrij salvarentur, aut damnabantur, ut in uniuersum defenserent, quod semel pronuntiaverant, dixerunt queris qui ante virum rationis dicere dunt, gratiam dari intuitu meritorum, non que habuerint, sed que habent sibiuerent, non autem quod dicere Deum huiusmodi futura sub conditione cognoscete; id autem patet, quia predicti Patres, nunquam hanc sententiam Masiliensem refutant, quod ea futura a Deo sibi negant; hoc enim, quo obsecro fundamento scripture, aut doctrine catholica refellere posset, cum potius multo magis diuine scientie decens, et conueniens videatur, hec etiam futura sub se ipsis complecti; sed quod dixerint hec merita querorum a Deo remunerari, aut puniri, cum Paulus dicat

dicat ad Romanos 14. omnes stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea, que in corpore gerit, sive bonum, sive malum. Expendunt enim Augustinus, et Prosper illud, que gerit, nempe, quod non dixerit, que gesturus erat, sed que gerit, ut ostendant premium puniri propter ea, que gesturus erat, aut eret, sed propter ea que re vera gerit. Impugnant deinde, quia alienum est agere Christiano, ut quis dicat punire Deum ea delicta, que nullus Tyrannus unquam gerit, nempe ea que re vera non committuntur, sed committentur; et ideo Augustinus, et alij Patres hec merita vocarunt confusa, non quod vere non essent futura, si queri vixissent, sed quod ad effectum, quem Massiliani vel volebant, nempe, ut remunerarentur, aut punirentur, vel gratiae donatione, vel negatione baptismi nullius momenti; ac proinde commentitia essent, ac si omnino nec sub conditione puniri essent. Nam vero, quod Massilienses hac scientia conditionaliter abuerentur, hoc modo, ipsam scientiam damnabimus. Aut certe damnemus etiam scientiam futurorum absolute, cum ea etiam Philippus Melanthon, et alij nostri temporis heretici fuerint ab usurcallentes nimis propter ipsam voluntatis, et arbitrij nostrae libertatem.

2. 3<sup>a</sup>. Proprietate ab aliis fundamento quoq; damnatur, neq; enim in ea aliquid reservat P. Molina industrie proprie liberi arbitrij sine gratia, quod laudem a Deo mereatur, cum ibi plane dicat initium, et fundatum iustificationis esse a Deo nullis precedentibus meritis, sed gratia de meritis, sed solum assertit ita ab initia fidei gratiae auxilia nobis donari, et illa in nobis operari, ut libertas nostra illis cooperetur, et ita laude digna sint opera nostra, et hoc est quod ait arbitrio nostro propriam industriam. Et laudem servatam prisede, ne si dicemus gratiam in nobis ita operari, ut liberum arbitrium ei libere non cooperetur, opera nostra laude digna non erent, hoc autem quantum distat aenepi Cassiano, et Maricensium, qui putabant aliqua initia ex nobis sine gratia procedere, que deus gratia sua remuneraret, quis non videat, quare censores immerito hanc propositionem ita notarunt, quasi P. Molina in ea sentire videtur liberum arbitrium post peccatum originale integrum, et non lesum marginare; aut quasi cum Cassiano initium nostre iustificationis ex nobis consideraret,



142  
cum ibidem opportunum plane dixerit. —

3. s. 7. et. 9.

In Propositione 3. s. 7. et. 9. P. Molina plane concedere videtur, initium aliquod ex nobis intuitu cuius Deus gratie sua dona largia: tur. Verum cum ipse in concordia q. 14. a. 3. disp. 9. §. ut que, doceat initium iustificationis in nobis esse ex gratia Dei, absque ullis meritis nostri arbitrij dubitare non possumus, ipsum cum Marienziis non omnino servisse, qui merita aliqua ex nobis non dubitabant concedere, que gratiam procederent, et intuitu quorum ea nobis donaretur, ac proinde iustificationis initium, et fundamen: tum essent. Ne autem in libris P. Molina hec aut similes propo: sitiones expungantur, que Marienzi, et Cassiani eis evidentius huc suadent. primum, quod non pauci scholastici antiqui, et recentio: res propositionem illam facient quod in se est ex viribus propriis Deus non denegat gratiam, antea docuerunt. Videantur hi, quos allegavi. t. p. disp. 9. cap. 10. circa et recentioribus annumerantur. Iotus ibidem allegatus, qui plane concedit simile initium ex nobis li: cit nollit illud dispositionem uocare, de quo nomine nunquam cum Cassiano, aut alio, tempore Augustini fuit contouerzia, sed solum de initio; annumeretur etiam Bartholomeus Modina qui 12<sup>o</sup>. q. usq. a. 6. q. 3. licet hanc sententiam non sequatur, eam tamen dicit ei probabilem, immo pro ea allegat S. Thomam; eamden plane se queritur Zumelius 12<sup>o</sup>. q. 112. a. 3. disp. 4. condic. 3. —

Deinde quod non despiciunt catholici et doctrinarii, qui sententiam Cassiani de initio ex nostro libello arbitrio defendebant hac etate, inter quos fuit Scholiastes opusculum Cassiani in editione Romana, quorum sententia, licet probanda non sit, non propterea ab eorum libris expungenda videtur; cum hinc error Marienzi diu in schola ignoratus fuerit, et iam iam ita ceperit innotescere, et re: futari, ut autores catholici, qui illum aliquo modo docuerint, nihil hac sua doctrina novere point. —

10. 11. et 12.

Pro. 10. 11. et 12. nihil aliud notandum videtur, nisi quod P. Molina, ut patet ex locis infra dictis si disputationes integre legantur, eas ex propria sententia non docuit, sed ex sententia non paucorum scholasticorum, cum expresse ipse insire dicat, se illas opiniones interim quod Ecclesia nihil declaraverit non ampliasti. —

2.4.6 - 2. 4. et 6. propositio anota defendi possunt, eo quod P. Molina solum concedat posse hominem ex propriis viribus humana fide non divina credere mysteria fidei, quam fidem putat non sufficere ad iustificatio<sup>m</sup>; Concilia autem, et Patres, que definiunt fidem esse donum Dei, loquuntur de divina, non de humana, que est fundamentum iustificationis. Cum vero Cardinalis Bellarmine, quem censores pro se allegant, dicit errorem fuisse Pelagianorum, et semi-pelagianorum posse non credere mysteria fidei sine auxilio gratiae, intelligit se fidei iusta, que est initium fidei, Porro esse aliquam fidem misteriorum aequivalentiam, et humanam, aliam autem iustam, et diuinam, ex scholasticis docent O. Kam quodl. 3. q. 7. et Gabriel in 3. dist. 23. q. 2. a. 1. et allegant posse multi, qui docent alium credendi mysteria esse naturalis ordinis secundum substantiam, et supernaturalis solum secundum modum. ita docet Caiet. 12. q. 10. a. 4. O. docet 2. et 22. q. 17. a. 2. circa solutionem tertij, imo et S. Thomas in ea solutione Palud. in 3. d. 23. q. 3. circa finem O. tertio dicendum, Caprocl. in 1. d. 17. q. 1. a. 3. ad 1. 2. et 3. Aureoli contra 1.<sup>am</sup> con. clusionem. Sotus lib. 1. de natura et gratia cap. 22. corollario 2. sub finem cap.<sup>is</sup> et 2. lib. c. 16. ad. 1. et cap. 14. prope finem, Antonius Pantossa in opusculo de predestinatione et gratia cap. 3. circa medium, imo et Ricardus Tapper a. 7. 8. et propterter homo. quamvis dicat hanc opinionem esse ambiguam, assertit tamen esse S. Thomae



d. f. 5

ad hanc d. mense iunio. die 29. anno regni d. n. f. 15. f. 5  
vixit et regnauit dominus pietatis maximae et regis gallicanorum  
fratris eiusdem sacerdotum et confessorum. cuius regnum etiam nunc adhuc  
vixit. et quod non est in scripturis. sed in legendis. et in vita  
sancte marie. et in vita sancti joannis baptistae. et in vita  
sancti pauli. et in vita sancti iosephi. et in vita  
sancti bernardi. et in vita sancti francisci. et in vita  
sancti dominici. et in vita sancti ignatii. et in vita  
sancti benedicti. et in vita sancti joannis evangelistae.  
et in vita sancti iacobi apostoli. et in vita  
sancti petri apostoli. et in vita sancti pauli apostoli.  
et in vita sancti joannis baptistae. et in vita  
sancti bernardi. et in vita sancti francisci. et in vita  
sancti dominici. et in vita sancti ignatii. et in vita  
sancti benedicti. et in vita sancti joannis evangelistae.  
et in vita sancti iacobi apostoli. et in vita  
sancti petri apostoli. et in vita sancti pauli apostoli.

Sicut et pater gabriel was my  
provision for pater abel in a  
note copy by nome tradita.

